Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

omis enim lex uno sermone impletur. Legis etiam ipsa moralia
quorum uno possunt sermone concludi et in uno hoc precepto impleri. In credo. Diliges primum tuum. Dilectio et karitas
in quatuor modis consistit. hoc est in di dilectione que prima est. secundo si nosmet ipsos secundum dm amemus. tertio primos. quarto etiam inimicos. Dm quippe plus quam nos
diligere debemus. pp primum sicut nos. inimicum ut primum.
Primum diligatur in lege et nisi dm primo dilexerimus nos minime possumus nisi peccando diligere. Et si nos non diligimus ad
quam formam primos diligimus. Et si primos non amamus quando
inimicum amare poterimus. Si quolibet dilectionem habere
primum dm plus quam nras animas diligamus. quod inde probatur
si ppter dm etiam salutem nram et ipsas animas contemnamus.
Sicut et ipsum. Qui sic se primum diligit. utique complet genera
mandatorum. nec malum facit ulli nec bonum subtrahit. Quod
si invicem mordetis et comedetis. et contentiones singulos meliores iudicando. Videte ne ab invicem consu
XXVII mamini. Dum alter altero causa petitionis existit.
Dico autem spiritu ambulate. Spiritalibus actibus quos infra
describit. Et desideria carnis non perficietis. Non quod caro
sine anima concupiscat. sed ipsa anima quando carnalia
cogitat caro dicitur. quando vero spiritalia unus cum deo fit
spiritus. Quamdiu quippe duplex in nobis est desiderium et voluntas non faci
mus quecumque uolumus. uno edificante in nobis et alio destru
ente. Caro enim concupiscit adversus spiritum. spiritus autem adversus carnem.
Carnalis consuetudo. adversus spiritale desiderium. Hec enim
sibi invicem aduersantur. ut non quecumque uultis illa faciatis.
Hec facit ratio ut non voluntatem sequatur effectus. Et si spiritu
ducimini. Hoc est ut non iurta carnis desideria uiuatis. sed spiritu
sancti imperio gubernamini. Non estis sub lege. Si uos spiritalibus per omnia actibus occupatis. non est uobis lex necessaria. quam
carnalibus data est. Manifesta autem sunt opera carnis. Hec dis